



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis Scheffleri S. R. Eccl. Presbyteri Concilium
Tridentinum antè Tridentinum**

Angelus <Silesius>

Nissæ, 1675

Professio Fidei Concilij Tridentini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42264



PROFESSIO
FIDEI
Concilij Tridentini.



Go N. Firma Fide
credo & profiteor
omnia & singula,
quæ continentur in Sym-
bolo Fidei, quo sancta Ro-
mana Ecclesia utitur, vide-
licet: Credo in unū Deum
Patrem omnipotentem, fa-
ctorem coeli & terræ, visibi-
lium omnium, & invisibi-
lium: Et in unum Dominū
JESUM Christum, Filium
Dei unigenitum, & ex Pa-
tre

Professio Fidei

tre natum ante omnia sæ-
cula; Deum de Deo, lumē
de lumine; Deum verum,
de Deo vero: genitum non
factum, consubstantialem
Patri, per quem omnia fa-
cta sunt; Qui propter nos
homines & propter nostrā
salutem descendit de cœlis,
& incarnatus est de Spiritu
sancto ex Maria Virgine,
Et homo factus est; Cruci-
fixus etiam pro nobis sub
Pontio Pilato, passus & se-
pultus est; Et resurrexit ter-
tiâ die secundum scriptu-
ras; Et ascendit in Coelum,
sedet

Concilij Tridentini,

sedet ad dexteram Patris;
& iterum venturus est cum
gloria judicare vivos &
mortuos; cujus regni non
erit finis: Et in Spiritum
sanctum Dominum, & vi-
vificantem, qui ex Patre,
Filioque procedit; Qui cum
Patre & Filio simul adora-
tur, & conglorificatur, qui
locutus est per Prophetas:
Et unam sanctam Catholi-
cam & Apostolicam Eccle-
siam. Confiteor unum ba-
ptisma in remissionem pec-
catorum, & expecto resur-
rectionem mortuorum, &
vitam

Professio Fidei

vitam venturi sæculi, A-
men. 1. Apostolicas & Ec-
clesiasticas traditiones, reli-
quasq; ejusdem Ecclesiæ ob-
servationes, & constitutio-
nes firmissimè admitto, &
amplector. 2. Item sacram
Scripturam juxta eum sen-
sum, quem tenuit & tenet
sancta Mater Ecclesia, cujus
est judicare de vero sensu,
& interpretatione sacrarum
Scripturarū, admitto; nec
eam unquam, nisi juxta u-
nanimem consensum Pa-
trum accipiam, & interpre-
tabor. 3. Profiteor quoque
Sep-

Concilij Tridentini.

Septem esse verè & propriè
Sacramenta novæ Legis à
IESU CHRISTO Domino
nostro instituta, atq; ad sa-
lutem humani generis, licet
non omnia singulis necessa-
ria, scilicet: Baptismum,
Confirmationem, Euchari-
stiam, Pœnitentiam, Extre-
mam unctionem, Ordinem
& Matrimonium; illaque
gratiam conferre, & ex his
Baptismum, Confirmatio-
nem & Ordinem, sine sacri-
legio reiterari non posse.
4. Receptos quoque & ap-
probatos Ecclesiæ ritus in
supra-

Professio Fidei

supradictorū omnium Sa-
cramentorum solemnī ad-
ministratiōe recipio, &
admitto. 5. Omnia & sin-
gula, quæ de peccato origi-
nali, & de justificatione in
sacrosanctâ Tridentinâ Sy-
nodo definita & declarata
fuerunt, amplector, & reci-
pio: 6. Profiteor pariter
in Missa offerri DEO verum
propriū & propitiatorīū
Sacrificiū, pro vivis & de-
functis. 7. Atque in San-
ctissimo Eucharistiæ Sacra-
mento esse verè realiter &
substantialiter Corpus &
San-

Concilij Tridentini.

Sanguinem unà cum anima & divinitate Domini nostri IESV Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem; quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. 8. Fateor etiã sub altera tantùm specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. 10. Constãter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs juvari: 11. Similiter

Professio Fidei,

liter & Sanctos unâ cum
Christo regnantes, vene-
randos atq; invocâdos esse,
eosque orationes DEO pro
nobis offerre. 12. Atq; eo-
rum reliquias esse veneran-
das. 13. Firmissimè assero,
Imagines Christi ac Deipa-
ræ semper Virginis, nec nō
aliorum Sanctorum haben-
das & retinendas esse, atq;
eis debitum honorem ac
venerationem impertien-
dam: 14. Indulgentiarum
etiam potestatem à Christo
in Ecclesia relictam fuisse,
illarumq; usum Christiano
popu-

Concilij Tridentini.

populo maximè salutarem
esse, affirmo. 15. Sanctam
Catholicam & Apostolicam
Romanam Ecclesiam, om-
nium Ecclesiarū Matrem
& magistram agnosco. 16.
Romanòq; Pontifici, beati
Petri Apostolorum Princi-
pis Successori, ac Iesu Chri-
sti Vicario, veram obedi-
entiam spondeo, ac juro. 17.
Cætera item omnia à sacris
Canonibus, & œcumenicis
Concilijs, ac præcipuè à Sa-
cro sancta Tridentina Syno-
do tradita, definita, & de-
clarata, indubitanter reci-
pio

Professio Fidei

pio atque profiteor. 18. Simulque Contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, reiectas & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. 19. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentis sponde profiteor, & veraciter teneo, eandem integrã, & inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum constantissimè (Deo adjuvante) retinere & confiteri, atque â meis subditis, vel illis,

Concilij Tridentini.

lis, quorum cura ad me in
munere meo spectabit, te-
neri, doceri & prædicari,
quantum in me erit cura-
turum, ego idem N. spon-
& deo, voveo ac juro.



CON-